



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CCIII. Bonifacius IX. Anno Christi 1389. Wenceslai Regis 11. Emmanuelis II.
6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65477)

(Urbanus VI.) ut ipsius festi (Visitatio-
nis) vigilia, ut vigilia Nativitatis, & As-
sumptionis prædictæ Virginis festivitatibus,
etiam in observatione jejunii devotius ob-
servaretur. Vide Historiam nostram Fami-
liæ Sacræ De Maria Virgine extremo cap. 4.

CCIII.

BONIFACIUS IX.

ANNO CHRISTI 1389.

WENCESLAI REGIS II. EMMA-
NUELIS II. 6.

Quarto Nonas Novembris anno
1389. Cardinales numero qua-
tuordecim, qui Urbano VI. constan-
ter adhæserant, ei substituunt *Petrum*
Cardinalem *Thomacellum*, Neapolita-
num, annos natum quinque & qua-
draginta, qui *Bonifacius IX.* appella-
tus est. Tria Urbani VI. decreta,
de quibus supra est dictum, rata jus-
sit esse, indictumque ab eodem *Subi-*
læum anno 1390. celebravit. Veri-
tus, ne Ludovicus Andegavensis po-
tiretur Regno Neapolitano, atque
inde gradum in Romanæ Ecclesiæ di-
tionem inferret, plures ejusdem Ec-
clesiæ Urbes viris nonnullis potentio-
ri-

Rayn. an.

1389. §.

12. 13

Spond.

§. 6.

Rayn an.

1390.

§. 1. 18.

Spond.

§. 1.

ribus dedit fiduciarias, tributo im-
 posito in annos singulos. In his Fer-
 rariam Alberto Marchioni Atestino,
 ita tamen, ut decem aureorum mil-
 lia quot annis solveret, & equites am-
 plius centum, cum id res posceret,
 egregie instructos Pontificum com-
 modo aleret stipendiis suis. (1) B. Rayn. an.
 Brigittæ sanctarum viduarum cultum 1391. §.
 ritè decrevit. (2) Seditioe affectan- 29.
 tium trahere Urbis imperium ad ple- An. 1395.
 bem Româ pulsus, ac mox revoca- §. 17.
 tus, *visus est quasi primus omnium Ro-*
manorum Pontificum omnem populi Roma-
ni vim sustulisse, Pontificiam auctorita-
tem eo usque nutantem confirmasse, ac tan-
dem Urbis summum imperium obtinuisse,
cunctis suo arbitratu magistratibus creatis.
 (3) Idem fertur instituisse *Annatas* Rayn. an.
 ab unoquoque novo Episcopo & Ab- 1399. §
 bate solvendas Pontifici Romano. 12.
 (4) Traditur etiam indixisse *Jubilæum* Spond.
 in annum 1400. ex decreto Bonifacii §. 1.
 VIII. præcipientis centesimo quoque Rayn. an.
 anno celebrandum. 1400. §. 1.
 (5) Idem con- Spond.
 cessit, ut Electores Imperii Regnum §. 1. 2. 3.
 abrogarent Wenceslao, qui Carolo Rayn. an.
 IV. Patri successerat, substitutum- 1401. §. 9.
 que in locum ejus Robertum Bava- An. 1403.
 riæ §. 1. 16.

G g g

riæ

riae ducem, *Parvum* cognomine confirmavit. Edixit praeterea, ne liceret bona Ecclesiarum, Cœnobiorum, & Xenedochiorum locari, vel in emphyteusim dari, nisi ad triennium, néve census ex iis ante tempus, sed annuus duntaxat perciperetur. Perit anno 1404. Kal. Octobr. diro calculorum cruciatu, post annum Pontificatus *decimum quartum, ac mensem undecimum.* (6)

Rayn. an.
1404 §. 7.
S. Spond.
§. 6.

ANNOTATIONES.

(1) Vide Raynaldum ad an. 1390. §. 18.

(2) Rem gestam ordine describit Petrus Amellus, qui praesens adfuit, in Ordine Romano XV. apud Mabillonium tom. 2. Musei Italici pag. 535.

(3) Abrahamus Bzovius ad an. 1394. §. 1.

Ægidius Cardinalis Viterbiensis apud Vitorellum in Addit. ad Ciaconium tom. 2. pag. 698. *Primus* (Bonifacius IX.) *vim populi Romani in Pontificem retulit, primus in Hadriani Mole arcem firmavit, primus Tiberis aditus, Pontésque communit.*

(4) Van espen Part 2. Juris Ecclesiastici Univerfi tit. 24. cap. 4. §. 18. *Annatarum originem plures referunt ad Joannem XXII. in Extravagante 11. de Præbendis inter*

inter Communes, ubi reservat Sedi Apostolicæ fructus & proventus primi anni Beneficiorum vacantium inferiorum Episcopatus & Abbatibus in verbis: Præsertim cum Archiepiscopales & Episcopales Ecclesiæ, ac Regulares Abbatia ab hujusmodi solutione fructuum (ut dicunt) in dictis litteris eximantur.

Ob hanc exceptionem, & quia suam reservationem ad triennium restrinxit, credunt alii, huic Pontifici originem Annatarum adscribi non posse: sed earum auctorem esse Bonifacium IX. qui anno 1392. durante schismate, ingravescentibus rei pecuniariæ difficultatibus ob continuos armorum fragores, sanxit, ut redigendorum ex omnibus Sacerdotiis, quæ a Sede Apostolica conferrentur, vectigalium, quæ primo labente anno obvenirent, dimidia pars in Fiscum Pontificium inferretur.

Hæc Odoricus Raynaldus ad an. 1392. n. 1. qui & ad annum 1399 n. 12. refert verba Theodorici Niem, quibus testatur, hunc Pontificem primos fructus unius anni omnium Ecclesiarum Cathedralium & Abbatiarum vacantium suæ Camerae reservasse.

Id ipsum de eodem Pontifice scribit Platina in ejus vita, qui addit quod Annata ab ipso imposta tantum conficeret dimidiam partem proventuum primi anni.

Annatarum usum Beneficiis Ecclesiasticis primus imposuit (ait) hâc conditione, ut qui beneficium consequeretur, dimidium annui proventus fisco Apostolico perfolveret.

Cæterum hanc consuetudinem, ut ego quoque Platinæ verbis utar, omnes admiserunt præter Anglos, qui id de solis Episcopatibus concessere, in cæteris Beneficiis non adeo.

(5) Spondanus ad an. 1399. §. 4. Utrum indixerit Jubilæum in annum sequentem, cum nemo ex antiquioribus affirmet, testeturque Victorellus se diligenter quæsisse in Regesto Bonifacii, nec tamen ullam prædicti Jubilæi memoriam reperire potuisse: omnino crediderim minime indixisse. Quæ enim ratione, cum jam sub ipso celebratus fuisset anno 1390, ac proinde approbatus, quem Urbanus VI. anno præcedenti reduxerat ad trigésimum tertium annum, nec nisi decem anni ab eo decurrissent? Quod tamen nullum sit dubium, advenisse Romam anno proximo 1400. ex cunctis Orbis Christiani partibus magnam hominum multitudinem tanquam ad Jubilæum: inde contigisse putamus, ut multi asseruerint indictum fuisse ab hoc Bonifacio, cum nihilominus fuerit tantum non prohibitus: sed relictus anti-

antiquissimæ populorum devotioni visitandi
annis centesimis Apostolorum Limina,
cujus occasione vidimus institutum fuisse
jubilæum à Bonifacio VIII.

(6) Bonifacius iste tres habuit germa-
nos, quos multum exaltavit in sæculo &
ditavit, quorum tamen filii ad extremam
paupertatem devenerunt, ut eorum ex-
emplo discant cæteri de patrimonio Cruci-
fixi nolle ditari. S. Antoninus in Chron,
part. 3. tit. 21. cap. 3.

CCIV.

INNOCENTIUS

VII.

ANNO CHRISTI 1404.

ROBERTI REGIS 4. EMMA-
NUELIS II. 21.

INNOCENTIUS VII. *Cosmas*
Melioratus antea dictus, *patriâ*
Sulmonensis, vir ætate grandævus, ac
mularum magnarumque rerum experien-
tiâ callens (1) XVI. Kal. Novembr.
anno 1404. ab novem Cardinalibus
Pontifex effectus est, & IV. Nonas
mensis ejusdem tiarâ redimitus. Ro-
manorum seditione coactus Urbem
relinquere, Viterbium secessit.
Ggg 3 Postea

Rayn. an.

1404.

§. 10. II.

16. Spond.

§. 7 8.

Rayn. an.

14. 5.

§. 5. 8.